

dieser Stelle hierauf näher einzugehen, bemerke ich nur, dass offenbar der Bericht unserer Chronik dem Moiss. zu grunde liegt, und derselbe hier mit einem andern verbunden ist, der vollständig in den Ann. Mett., auszugsweise in den Gest. abb. Font. sich findet¹⁾. Auf dieselbe Grundlage gehen auch die letzten Worte der Chronik zurück, wie sie in den drei übereinstimmenden Handschriften vorliegt:

1) Ann. Mett.

Karolus princeps, domitis circumquaque positis gentibus, dum ea quae pacis erant infra sui regiminis terminos disponderet, bis eodem anno legationem beatissimi Gregorii papae ab apostolica sede directam suscepit. Qui sibi claves venerandi sepulcri principis apostolorum Petri ejusdemque preciosa vincula cum muneribus magnis delatis obtulerunt; quod antea nulli Francorum principi a quolibet praesule Romanae urbis directum fuit. Epistolam quoque decreto Romanorum principum sibi praedictus praesul Gregorius miserat, quod sese populus Romanus, relicta imperatoris dominatione, ad suam defensionem et invictam clementiam convertere voluisset. Ipse vero his omnibus cum gaudio et gratiarum actione Domino repensis, cum majoribus muneribus ipsos legatos ad propria dirigebat. Viros quoque religiosos ex suis fidelibus cum magnis muneribus ad limina beati Petri apostolorum principis anno eodem dirigit, Grimonem scilicet Corbiensis monasterii abbatem et Sigibertum reclusum basilicae sancti Dionysii martyris, et per eos omnia in responsis, quae sibi visa fuerant, memorato praesuli scriptis epistolis destinavit.

Chron. Moiss.

His diebus papa Gregorius minor Romanae ecclesiae episcopus claves venerandi sepulcri Petri apostoli et vincula ejusdem cum magnis muneribus legatione ad Karolum principem Francorum misit; quod antea nullo Francorum principi a quolibet Romanae urbis praesule missum fuerat. Epistolam quoque et (ex) decreta (decreto) Romanorum principum praedictus papa Gregorius cum legatione, etiam munera misit. Quo pacto patrato, relicto imperatore Graecorum et dominatione, ad praedicti principis defensionem et invictam ejus clementiam convertere cum voluissent. Ipse vero his omnibus cum gaudio et gratiarum actione Domino repensis, ipsam legationem cum magnis muneribus Romam remisit. Post haec elegit viros religiosos ex suis fidelibus, Grimonem scilicet Corbiensis monasterii abbatem et Sigibertum reclusum basilicae sancti Dionysii martyris, et cum magnis muneribus ad limina beati Petri principis apostolorum misit ac per eos omnia in responsis, quae sibi et populo Francorum visa fuerant, praesuli scriptum remandavit.

Was aus unserer Chronik genommen, ist gesperrt, andere Abweichungen mit fetter Schrift gedruckt. — Keineswegs sind hier die Ann. Mett. aus zwei Berichten zusammengesetzt, von denen einer in Moiss., der andere im Chron. Font. erhalten (wie Dünzelmann in einem mir handschriftlich mitgetheilten Aufsatz annehmen wollte).